

ribus dixi 2. *nom. de regim. cap. 8. §. 3. n. 35.* At in prima specie propolita instrumenta contincant plures falsitates, nempe suppositionem potestatis ad denuntiandum, suppositionem criminis, & suppositionem testium qui quidem non erant in rerum natura, ultra defectum auctoritatis ad conficiendum talia instrumenta, & quando continent aliam falsitatem præter defectum auctoritatis in conficiente capitali pœna puniri debent, ut tenuit Caballus *casu 66. n. 6. & casu 85. per tot.* Vincentius de Franquis *dec. 444.* & ibi omnes addentes. Marius Giurba *conf. 96. n. 25.*

Præterea concussionis crimen commissum in utroque casu fuit: nam, licet regulariter per Magistratus & officiales committi solet *l. & ibi Doctor. ff. de concuss. Farin. q. 111. n. 43. Augustin. Caput de regim. reipub. c. 7. §. 9. n. 35. Honorar. Mont. de regalib. c. de off. n. 70. Ant. Matth. d. lib. 47. tit. 7. c. 1. num. 2.* tamen committi posse per Privatam non habentem officium docent *glosa in l. 1. verb. ablatum, vers. quandoque sine officio, & ibi Bald. ff. de concuss. alii relatis Farinac. ubi prox. num. 46. Matthæus. ibid. n. 3. vers. de quo dixi, d. §. 3. n. 26. & quanquam regulariter pœna hujus criminis extraordinaria sit arbitrio Judicis relicta, ut ibi dixi, tamen aliquando pœna capitali plecti posse cum Ant. Matthæo tenui, qui *d. tit. 7. cap. 2. num. 1.* expressè docuit; & ratio est: nam hæc non solum patrantur in præjudicium partis principaliter læsæ, sed in officii reputationis perniciem, & bonorum ministrorum offensam, quæ qualitates delictum aggravant, ut probat Caball. *casu. 99. n. 56. & segg. l. cum ex circumstantiis crimina**

27 aggravantur, juxta *l. aut facta, & ibi communiter Doctores, ff. de pœn. cum aliis quæ adduxi ubi proxime num. 28.* ex quibus omnibus clarè concludendum venit similes reos capitali pœna plectendos esse.


28 Nec his obstat secunda limitatio Farinacii qui *d. q. 114. num. 20.* tradit tunc teneri reos hujus criminis pœna legis Julæ Majestatis, cum potestas aut jurisdictionis exerceret animo occupandi dominium, & sic eo animo non fiat, quia tunc non tenentur nisi de vi publica, vel lege Julia de ambitu: nam, ut ipse notat *ad finem illius inspectionis, hæc omnia procedunt alio delicto non secuto;* cum autem in his speciebus aliud delictum

secutum fuisse apparebat, ut dixi; & dolus in utraque esset patens: in prima enim specie crimen falsi in re tam gravi qualis est imputatio adulterii feminae honestæ, & qualificatæ cum læsione reputationis ipsius, & mariti; in secunda rapina bonorum perfecta fuit per violentiam, atque irrogatum falsò crimen furti feminae pariter honestæ, & nobiliori, cujus familia condecorabatur stemmate militaris Ordinis, & officio præminentis in Regia. Ex quibus pœnam capitalem imponendam aliqui ex iudicibus firmiter tenuerunt.

Quibus adstipulantur adducta per doctissimum Dominum Don Franciscum de Amaia in *l. prohibendum §. c. de jur. ff. lib. 10. num. 18.* quo docet Alguazellum aliquem capientem absque iudicis mandato (quod fingere solent, ut pecunias extorqueant) graviter puniendum esse pœna privationis perpetuæ, & exilii; quæ est mortis civilis. Quam magis qui cum Alguazellus non sit, non solum mandatum supponit, sed causam turpis criminis, atque in re tam gravi falsitatem committit: Et adducta per ipsum Amaia in *l. eorum 10. num. 10. eod. tit. & Larream allegat. ff. cal. 47. ex num. 5.* plura cumulantes in detestationem criminis reperundarum mirabiliter conducunt: nam si jura & Doctores ita sæviunt justissimè in veros administratos quando sub prætextu officii aliquid recipiunt, vel ab sponte dantibus, quid statuendum erit in eos qui officia non habentes prætextu officii rapinas patrare solent, violentias inducere, atque nequiter pecunias extorquere?

At in utraque specie mitior à majori parte judicantium amplexa fuit. Primò quia juxta doctrinam Farinac. *d. q. 114. num. 19.* crimen læsæ majestatis patratum non videbatur ex eo quod nemo morti traditus fuisset. Neque jurisdictionis fuit usurpata animo auferendi eam à Principe, ut ipse Farinacius notat *conf. 74. lib. 1.* Nec diù potestatem exercuisse apparebat, ut essemus in casu doctrinae Azevedo in *d. l. 1. tit. 6. lib. 3. recapit. Secundo quia pro magistratu, seu potestate minimè se gesserunt, sed pro Apparitoribus qui juxta *d. l. 20. tit. 9. p. 2.* solum sunt executores Jussorum per magistratus; & quanquam Apparitoris officium gerens puniatur pœna falsi ex *d. l. fin. c. de divers. offic. lib. 12.* hæc pœna hodie non est ultimi supplicii, sed arbitria*

bitraria à jure ex *l. majorem 4. l. ubi 22. l. damus 23. Cod. ad leg. Corneli. de fals. l. eos 27 §. qui se pro milite. ff. eod. ibi: pro admisi qualitate gravissimè puniendus.* Farin. *dict. quæst. 114. num. 19.* & latius *quæst. 150. ex num. 19.* de jure regni *l. 6. tit. 7. part. 7. Larrea allegat. 97. n. 1. & 10.* Quare rei condemnati fuerunt in prima specie in pœnam verberum, & remigii per sexennium sententiâ dici 4. Julii 1659. In secunda verò in eandem pœnam verberum & remigii per decennium sententiâ dici 1. Aprilis 1664. Sed ego in his, & similibus numquam recederem à prima opinione, quia Doctores adducti per Azevedum ubi proxime, quoties magnum præjudicium sequitur clarè tenent pœnam capitalem juxta jura patriæ imponi debere: & dispositio *dict. l. fin. Cod. de divers. offic. lib. 12.* clarissimè pœnam ultimi supplicii imponit usurpantibus officia Apparitorum quod idem est, atque Alguazellorum Curie: nec hoc officium minimum dici potest, cum per Textum in *l. 8. tit. 20. part. 3.* magni titulo decoretur, docente Alphonso Rege ibi: *Quando ficere Alguazil de su casa de treinta maravedis. Camaguey gran lugar tenga, por que à gran trabajo è su renta es poca.* Et quando legem expressam habemus ab ea recedere sine crubescencia non est facile.



CONTROVERSIA V.

De eo qui falsis Principis rescriptis falsisque Senatus Patrimonialis jussionibus, pecunias ad Fiscum spectantes interciperat.

SUMMARIUM.

- 1 Falsi species proponitur.
- 2 Falsi pœna solum est exilii juxta leges Hispania.
- 3 Falsi pœna à jure arbitraria est.
- 4 Relatum non est in referente.
- 5 Nominis mutatio dolosa crimen falsi est.
- 6 Usurpatio potestatis, vel officii considerari nequit in eo qui non exercuit, sed solum vanum nomen assumpsit.
- 7 Computatores sunt Tabularii qui plerumque servi esse solebant.

D. D. Laur. Matthæus, de Re Crim. Pars 1.

- 8 Intercipiens pecunias ex Arcariis, eos decipiens, non videtur intercipisse pecunias fisci.
- 9 Arcarii solventes virtute Jussionum illegitimarum, suo periculo solvunt.
- 10 Solvens virtute jussionis falsæ, vel non idoneo procuratori, non liberatur.
- 11 Usurpantes aliena officia extra ordinem puniuntur.
- 12 Falsi crimen jure antiquo pœna capitali plectebatur.
- 13 Lex Cornelia de falsis solum de testamentis à principio disponebat.
- 14 Senatusconsultum Libonianum dispositionem legis Cornelia extendit ad omnia instrumenta, sed non eadem pœna.
- 15 Falsi crimen ex magnitudine pœna capitali plectendum.
- 16 Gravissima punitionis dispositio pœnam capitalem includit.
- 17 Leges partiæ desumptæ à jure civili interpretandæ sunt juxta juris civilis interpretationem.
- 18 Criminum pœna ex qualitatibus & circumstantiis aggravanda.
- 19 Circumstantia aggravantes in hoc crimine perpenduntur.
- 20 Falsi pœna ex reiteratione exasperatur.
- 21 Falsitas relativè continens Regias jussiones non est simplex.
- 22 Falsitas nomine Regis facta continet crimen læsæ majestatis.
- 23 Falsitas in scriptura Principis pœna capitali plectenda.
- 24 Falsitas in scriptura Principis ut dicatur perfecta non requirit imitationem manus vel sigilli, aut bullæ.
- 25 Falsitas ut in scriptura Principis perfecta dicatur, sufficit quod nomine Principis fiat.
- 26 Falsitas in scriptura Principis pluribus modis committitur.
- 27 Falsitas ut puniatur tres requirit conditiones, & quæ sunt.
- 28 Dolus comprobatur ex mutatione veritatis animo capiendi lucrum cum jactura aliena.
- 29 Nocendi effectus comprobatus in judicialibus.
- 30 Usurpans titulum discussoris Regii potestatem usurpat.
- 31 Discussores Patrimonii sunt Regii Consiliarii illius Senatus.
- 32 Discussores rationum, sive Rationales, obtinent magnam potestatem.
- 33 Vicarii & officiales horum Magistratuum.

- nam eis assimilantur.
- 34 Officiales discussores rationum hodie discussores tituli vocantur.
- 35 Discussores electi per Praesidem Senatus Patrimonii, Apparitorum loco habendi sunt.
- 36 Discussores inter proceres Aulae enumerabantur.
- 37 Discussores à Tabulariis differentia.
- 38 Secretariorum à Tabellionibus differentia.
- 39 Delinquens in officio quis dicatur, & num. 50.
- 40 Usus tituli potestatis vel nominis suppositi, falsi crimen est.
- 41 Gravissima poena includit poenam legis Juliae majestatis.
- 42 Peculatus crimen quando committatur.
- 43 Peculatus poena, capitalis est in iudicibus, & alii ministris.
- 44 Arcariorum periculum non vitat peculatus crimen, imò supponitur, & num. 45.
- 45 Iudices, & officiales gravius puniuntur ex crimine peculatus.
- 47 Gerens officium Iudicis vel alterius potestatis licet verè non sit, delinquit in officio.
- 48 Falsus tutor tenetur ad id quod verus tutor tenebatur.
- 49 Lex fin. Cod. de interdic. matrim. explicatur.
- 51 Effractoris poena capitalis est in effractorum carcere.
- 52 Vis publica poena capitalis etiam saepe est.
- 53 Legis Juliae de vi publica poena arbitraria esse solet.
- 54 Vis illata per turbam cum telo exacerbatur usque ad ultimum supplicium.
- 55 Decisio Aulae poenam capitalem imponens.

RAVIUS sub nomine usurpatae potestatis, plures & atrocissimas falsitates parando, delinquebat in Curia, aliis civitatibus Regni alius pessimus seductor. Hic erat Thomas Franciscus de Leturia, Zumarraga, & Peralta (tot nominibus cognominibus utebatur ad sua maleficia perficiendum) peritus, ut apparebat, in arte tabellionatus, versatus in stylo omnium Tribunalium, callidè mentis, summè versutici, & extraordinariae sagacitatis. Ut à Thesaurariis, sive Arcariis redi-

tuum fiscalium plures summas interceperet, se discussores regium pradicabat, habitu & more non dissimili, supponebat recripta Principis quibus alicui ex supremis Administris tradi jubebat ingentes quantitates pecuniae ad emptiorem equorum, armorumve, ut exercitus instruerentur, nempe centum & quinquaginta millia ducatorum, & sic similia, simulque provisiones Senatus Patrimonii, & iussiones quibus exactio dividebatur per Civitates, & villas Provinciarum respectivè, juxta proventus vectigalium uniuscujusque, ac tandem falsum instrumentum, cum insertione praedictorum fabricabat sub nomine illius Administris quo ei concedebat plenam potestatem ad exigendum praelibratas quantitates, variando nomen, & cognomen cum titulo discussores Regii quibus Arcarios, vel Thesaurarios decipiebat, atque ab eis varias pecuniarum quantitates effectivè interceperat. Die 23. Maii 1666. haec ad meam notitiam adducta fuere mediantibus relationibus factis per Arcarium, & alios duos testes villae de Huete, qui pariter documenta mihi traderant ex quibus resultabat ab ipso interceptisse mille, & quingentos ducatos, & amplius: & cum mox captus fuisset causam plenissimè instruxi, per quam haec & alia plenissimè comprobantur, de quibus non solum convictus, verum confessus breviter mansit.

Qua poena plectendus esset, causa legitime conclusa, dubitatum fuit, & ipse callidè deducebat leviter puniendum esse: ex eo quod poena falsi juxta leges patrias ad exilium tantum extenditur, ex l. 6. tit. 7. p. 7. ut cum Larrea & alios dixi *controv. 4. n. 35.* & jure civil Romanorum attento poenam arbitriam esse ibidem probavi *ex l. eos 27. qui se pro milite. ff. ad leg. Corn. de fal. cum aliis adductis per Farin. quæst. 150. ex num. 19. & Larream allegat. 97. n. 1. & 10.* quibus addendus Pichard, alios laudans in §. item *lex Corn. de falsis. n. 2. & 3. insit. de pub. jud. Vela de pen. delict. c. 10. n. 6. & Azcved. in l. 2. tit. 13. lib. 5. recopil. ex num. 6.* scèque tantum simplicem falsitatem passasse, nempe instrumenti procuratoris ad exigendum; quia recripta Principis, provisiones, & iussiones Senatus Patrimonii minime ab eo falsè fabricatas fuisse, cum nunquam manum Principis, aut ministrorum, vel sigilla regia imitari fuisset ausus: & cum relatum non sit in referente

ferente, seu verius de referente solum constare dicitur quatenus de relato apparet l. esse *rota 77. ff. de hered. instir. l. pluribus 140. in prin. ff. de verb. oblig. cum vulgari pluribus Ant. de Amato ref. 42. n. 2. Castillo contro. lib. 4. c. 43. n. 13.* licet enim in eis procuratorum instrumentis falsè fieret relatio recripti, provisionis, & iussionis, sive delegationis vulgò libramiento, cum aliud de illis non constaret, nullius momenti relatio remanebat.

5 Quoad nominis mutationem, quamquam pariter consideretur esse falsitatis speciem si dolo ad aliquem decipiendum comitatur l. falsi 13. in prin. ff. ad leg. Corn. de fals. Farin. q. 150. n. 137. Anton. Marth. de crim. lib. 48. ff. tit. 7. c. n. 17. parique poena plecti: dicebatur ipsum minime nomen mutasse, sed tantum, ut assererat, nomina variaverat, quod in crimine trahi non debet, nam ut dixerat Seneca lib. 4. de benef. §. Si quod à Seneca accepisses Anno te dices debere, vel Lucio, non creditorem mutares, sed nomen, cum aliis adductis per Valenzuel. *conf. 90. num. 115.*

6 Neque ex vano usu tituli Computatoris vel Discussores Regii imputari ei poterat maleficio, quia nihil ex his quae ipse patrarat, ad hoc officium specialiter attinebat; poena enim legis Juliae majestatis teneri juxta l. 3. ff. eo tit. qui privati cum sint pro Magistratu, vel potestate dolo malo se gesserint; ut probant Farin. Matt. & ceteri laudati supra *controv. 4. n. 8.* ob quod cum nil attinens ad officium discussores gesserit, non teneri hac poena concludebat. Et si gessisset non teneri pariter assererat, quia computatores sunt Tabularii de quibus Imperator in l. 2. C. de jur. fisci lib. 10. & ibi aliis relatis Don Franc. Amaia n. 2. qui in fine asserit quod hodie apud nos dicuntur *Contad. res.* Qui quidem Tabularii plerumque servi erant l. 3. C. de Tabular. eod. lib. 10. decet idem Amaia in *dict. l. 2. num. 12.* ob quod similia officia exercentes decuriones fieri nequibant, l. universos, cum l. seq. Cod. de decurion. *dict. lib. 10. & ibi Amaia aliis relatis n. 1. & seqq.* ac per consequens neque magistratum, neque potestatem usurpassè credebatur.

8 Denique quia nihil ex pecunia fisci interceperat, licet enim Arcarii, vel Thesaurarii decepti, quantitates memoratas ei tradidissent, id ex propriis solum censendum esse, cum non sol-

vissent virtute legitime delegati, neque legitimo procuratori, & sic suo periculo fecisse videbatur; *Authent. ut Iudices sine quo suffragio, §. illud videlicet 6. ibi: Quia proprio suo periculo administrationes assumunt, l. qui nominibus 45. in princip. ff. de administ. tutor. Rebuff. in tractat. de Fisco, numero 51.* cum aliis adductis per Alfar. de offic. Fiscal. *gloss. 34. numero 19.* quidus addendi Baldus in rub. Cod. de constit. pecun. Escobar de *ratiocin. capite 23. numero 7. & 8. Salgado in labyrinth. credit. part. 3. c. 6. numer. 8. & idem est non habere mandatum, ac habere inefficacem l. si is cui 94. §. Flavius, ff. de solut. ibi: Quia non est verisimile dominum ad eam speciem solvendi pecuniam servum proposuisse quae solvi non deberet. Quare dicendum est Arcarios ex propriis solvisse, cum solventes ex falsa delegatione, vel falso procuratori non liberentur, l. qui hominem 34. §. si nullo, ff. de solut. falsus 43. §. falsus procurator, & ibi Alber. & Bald. ff. de furt. l. si indebiti, & ibi Castr. ff. rem. rat. hab. l. si procurator. §. Celsus ait, ff. cond. indeb. Franq. dec. 304. Scacc. de commer. §. 2. tit. 5. q. 15. n. 396. Amato *resol. 20. num. 12.* Farin. de *cis. 76. post 2. tom. conscripmit.* Noguero. *allegat. 19. numero 27. & sequentibus,* ex quo resultat pecuniam fisci, cum Arcarius non liberaretur, salvam remansisse simul, atque Arcarius non liberaretur.*

Quibus addi poterant cuncta ferme adducta per me in *dicta controversia 4. ex numero 33.* ut probaretur poenam ordinariam imponi non posse usurpanti officium apparitoris, quae procedere videntur in usurpante officium discussores, cum neminem morti tradidisset, sed leviora gesserit, nec tale officium, usurpavit animo acquirendi dominium spectans ad Principem, nec diu exercuisset: nam licet sexies, vel septies eo vano titulo usus fuisset, non continè, sed discontinuè gessit, neque in eo perseveraverat quae omnia necessaria erant ut in poenam ultimi supplicii incideret, ut *ibid.* dixi cum Aulae decisionibus.

Ceterum, poenam capitalem imponendam suadebant plures dispositiones. Quarum prima oriebatur ratione falsitatis: nam dato, sed non concessio, quod falsitates, de quibus convictus & confessus erat, essent simplices, nihilominus ex pluralitate, &

ex magnitudine arbitrium extendendum esse usque ad mortem probatur, animadvertio quod lex Cornelia licet à principio solum de testamentis vitio falsitatis infectis loqueretur ob quod testamentaria dicta fuit l. 2. & l. lege Cornelia 30. ff. eodem tit. pœna capitali fontes plectebat l. 1. & l. 5. Cod. eod. tit. Hæc postea per Senatusconsultum Libonianum extensa fuit ad omnia instrumenta publica, sed non eadem pœna, §. item lex Cornelia de falsis instit. de publ. jud. explicat Cujac. in recit. solenn. ad hunc titulum in Codice. Sed ex magnitudine vel frequentia pœnam capitalempo-
 14 item lex Cornelia de falsis instit. de publ. jud. explicat Cujac. in recit. solenn. ad hunc titulum in Codice. Sed ex magnitudine vel frequentia pœnam capitalempo-
 15 ballus cas. 165. n. 11. & cas. 206. n. 4. Jacob. Cujac. ubi prox. princ. Fachin. contr. lib. 3. c. 9. vers. pro confirmatione, & vers. ad primum pluribus etiam Larrea d. ill. 92. n. 10. & 11. neque refragatur ex
 16 eos 27. §. qui se pro milite, ff. eod. ibi: pro admitti qualitate gravissime puniendus est. Ex quo colligitur, communiter pœnam esse arbitriam; nam gravissima punitionis clausula non excludit capitalempo-
 17 Neque ex d. l. 6. tit. 7. part. 7. hoc jus correctum dices, nam desumpta fuit ex jure civili, nempe ex l. 1. §. pœna falsi, ff. ad leg. Cornel. de fals. ut docet Gregor. Lopez in ea gloss. 2. cui jungendus Larrea d. allegat. 97. num. 1. & aperte comprobatur ex pœna deportationis, quæ per nostram legem imposita fuit, quæ hodie in usu non est, & sic remanet jure Hispano pœna arbitraria, ut per Gregor. Lopez & Latream ibid. notatur, sicut de jure à quo sumpta fuit dispositio. Quare ab ipso jure debet interpretari admittens extensiones, ampliaciones, & limitationes quas ipsum jus recipit, atque admittit, ut pluribus dixi contr. v. 2. num. 39. ex quo sequitur quod eodem modo quo per d. l. ubi falsi, in falsitate magna sive enormi pœna capitalis imponitur; sic similiter de jure nostro ex
 18 l. final. & ibi Gregor. Lopez gloss. 2. tit. 19.

part. 3. & pariter sicut de jure ex l. aut facta 16. ff. de panis, pœna aggravantur juxta qualitates, & circumstantias in criminibus emergentes, si de jure nostro per l. 8. tit. 31. part. 7. Quibus positum cum falsitate patratæ per hunc Reum ex magnitudine atrocissimæ sint: nam, per primam ex comprobatis, duos mille, & quadragentos ducatos effective intercepterat ab Abbatisa, & Monialibus Conventus Beatæ Mariæ de Gratia villæ de Arciniega sub prætextu instrumenti procuracionis falsæ ab ipso fabricati sub nomine universitatis villæ de la Guardia, ad vendendum censum super proprias hypothecas, & bona illius universitatis cum designatione plurimarum hypothecarum quæ in rerum natura non erant, & cum insertione Regiæ facultatis per Consilium expeditæ. Et ab Arcario villæ de Huete plusquam mille, & quingentos ducatos interceptit virtute instrumenti procuracionis ad exigendum centum & sexaginta mille scuta: cum insertione Regiæ rescripti, provisionis, & jussionis, vulgò libramiento, Senatus patrimonii, ab Arcario villæ de Talavera millefermè ducatos, ab Arcario villæ de Almagro mille & trecentos, ab Arcario civitatis Seguntinæ mille & quingentos: ab Arcariis civitatum Toleti, Segovix & Conchæ alias summas exigere seu interceptere conatus, & per eum non stetit; ac tandem fuit apprehensus aliam quantitatem interceptere conando ab Arcario villæ de Molina cum simili procuracionis instrumento summæ centum, & septuaginta mille ducatorum in quo inserta erant rescriptum Regium, jussio atque provisio Senatus Patrimonii: Clarè concludendum est tam ex multitudine, seu frequentia quàm ex magnitudine uniuscujusque plectendum esse capitali pœna, quoad magnitudinem ex superius adductis, num. 14. & 15. quoad pluralitatem ex traditis per Ant. Gomez variat. lib. 3. c. 6. num. 6. & ibi Aillon plures referens, ut in simili argumentatur Farnacius quest. 121. n. 48. & Caball. cas. 99. num. 47. cum in his falsitatibus inesse furtum dubitari non possit.

Demum hæc non in simplici falsitate patratæ fuerunt, sed in qualificata, cum fabricata reperirentur falsa rescripta Principis, falsæque provisiones jussionesve tam supremi Consilii, quàm senatus Patrimonii in forma authentica,
 &

& probante in ipsis procuracionum instrumentis ad litteram expressæ, & authenticatæ per transcriptum, quod in effectum est falsè fabricare ipsas provisiones, jussiones, atque rescripta quod pœna capitali etiam in Clerico punitur: cum hoc in casu relatum sit in referente cum omnibus suis qualitatibus d. l. asse-
 22 toto in princ. ff. de hered. instit. cum plurimis congestis per Augu. Barbof. axiomat. 201. quibus addendi Fontanella tom. 2. de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 10. p. 2. num. 20. & decis. 422. num. 2. Valenzuel. conf. 51. num. 17. Giurb. observ. 85. n. 20. Castillo d. tom. 4. cap. 43. ex num. 12. Caballus d. cas. 106. num. 3. & segg. Quod est species criminis læsæ majestatis, cum ex sola falsitate contra Principem in scriptis commissæ majestas illius læsa intelligitur, ut pluribus probat Alphons. Narbona in l. 20. tit. 1. lib. 4. recopil. gloss. 7.
 23 num. 33. & sic pœna capitalis debetur ut dixi e. ad falsariorum, ubi Doctores de crim. fals. l. majorem 4. c. eod. tit. expressus apud nos Textus in d. l. 6. in fin. tit. 7. part. 7. & ibi Gregor. Lopez Farin. quest. 151. num. 64. Barbof. in collect. d. e. ad falsariorum Larrea d. allegat. 97. n. 11. in fin. Caball. cas. 106. num. 4. Ant. Gomez in l. 83. Taur. num. 6. Don Joannes Vela de pan. delictor. c. 10. num. 9. latissime Azavedo in l. 3. tit. 17. lib. 8. recopilat. num. 7. & segg.
 24 Neque in dubium id revocari valet ex eo quod sigillum Regis, sive Bulla falsè fabricata non fuerit, ut videtur cautum in d. l. 3. tit. 17. recopil. lib. 8. neque manus ipsius Principis, vel eorum qui suo nomine jus dicunt, imitatæ fuerint, ut voluit Afflicis decis. 21. per tot. Nam d. l. 6. tit. 7. part. 7. clarissime pœnam capitis imponit cuicumque scripturam falsam Principis nomine conscienti ibi: qualquier carta, & sic quoquomodo id perhiciatur pœna mortis debetur, ut docet gloss. in cap. licet de crim. fals. verb. falsitatis. Et quod magis est, ex eo solum quod nomine Principis litteræ falsè fiant in hoc crimine peccatur, l. qui nomen 25. ff. ad leg. Corn. de fals. bene Ant. Matth. d. tit. 2. cap. 2. num. 17. ibi: aliud simulare rescriptum Principis & editum Prætoris. Narbona ubi prox. ibi: ex sola falsitate contra Principem scriptis commissæ. Et ratio est: nam hoc crimen multis modis committi potest. Ut docet Pontifex in d. cap. licet: & ibi, gloss. de verb. falsitatis, Barbof. in collect. ad hunc Textum,

Hoftiens. in summa lib. 5. rub. de crimin. fals. num. 6. Pichard. in d. §. lex Cornelia Farin. quest. 151. num. 47. & Anton. Gom. in d. l. 83. num. 6. & dummodo concurrant tria requisita adducta per Bajard. ad Clar. d. §. falsum, num. 7. sufficit ut pœna sequatur: nempe mutatio veritatis, dolus & aptitudo nocendi. Et in terminis rescripti, vel alterius scripturæ Rei quis nomine exarata docet Ant. Gomez in d. l. 83. num. 6. quod sufficit quod faciatur fides plenam, vel semiplenam. In terminis nostri Rei, cuncta concurrerant. Mutatio veritatis, in substantia, nomine, titulo, suppositione rescriptorum, provisionum, & delegationum transumptarum in ipsis procuracionum instrumentis falsè exaratis, sine auctoritate, sub nomine Tabellionis qui in rerum natura non erat; quibus omnibus sæpe sapientis usus fuit. Dolus manifestè apparebat in fabricatione, & in tot tantarumque falsitatum quæ ab ipso ignorari non poterant, ut lucrum caperet cum jactura aliena. l. si quis mancipii 17. §. Paulus ait 3. ff. de instit. act. pluribus Valenzuel. conf. 78. n. 40. Nec solum aptitudinem nocendi, verum enormissimam noxam tum sisco, cum aliis effectus comprobaretur, tot tantique summis interceptis, eaque omnia non solum in scripturis semiplenam fidem facientibus, verum plenissimam tam in Judicio, quàm extra. Quod perspicuum erat in actis, ex quibus apparebat quod postquam Arcario villæ de Almagro intercepterat summam memoratam anno 1664. lis mota fuit inter Arcarium filium anni, successorem ad annum sequentem an solutio delegacionis spectaret ad unum, vel ad alium. Administrator veltigalium illius Provinciae Arcarium anni 1665. in carcerem detrudidit, qui recusum emisit ad Senatum Patrimonii, & in eo, articulo plenè discusso, pronuntiatum fuit, carceratum dimittendum sub fidejussoribus, & Administratorem de ea lite plenariè judicaturum, in cuius decreti executionem expedita fuit solemniter provisio dicti Senatus die 5. Augusti 1665. quam originalem in actis habui, & sic documenta falsè ab ipso Reo confecta canonizata fuerant ex hoc Senatusconsulto, ut ita dicamus lato judicialiter eum legitimo contradicatore, & non solum reputata vera per Arcarios & administratores, sed etiam per Ministros Senatus Patrimonii qui experti, perspicaces

caces; & vigilantissimi sunt in similibus negotiis.

- Uterius quia dubitari non poterat ipsum usum fuisse titulo discussores regii; quippe *Contador*, nuncupabatur in pluribus scripturis, & ut talem se gessisse pluribus in locis testibus comprobatur. Cujus officium quomodocumque fumatur magnæ dignitatis, & potestatis est: Nam si verbum *Contador*, referatur ad Computatores patrimonii, olim *Contador de hazenda*. Consiliarum supremi tribunalis illius Senatus significabit; ad quem spectat administratio totius Patrimonii, ob quod Assumituri Procuratori Cæsaris non improprie dici potest *l. 1. tit. 2. ff. de offic. Procur. Caf. & ration. l. 4. tit. 1. lib. 9. recopil. licet jam non discussores, sed de Consilio Patrimonii dicantur. l. 3. §. 4. tit. 2. d. lib. 9. de quorum potestate & jurisdictione plura in l. 2. per tot. d. tit. 2. & cum quod primum est in eo Senatu sit administratio hæc: ideo ij Consiliarii præcedunt Auditores togatos, qui secundum tribunal moderantur & de judicialibus curant *l. 5. dicit. tit. 1. lib. 9.* Si referatur ad Computatores rationum, apud nos *Contadores de la contaduria de quantas*. Magistratum pariter significabit; cum ii Rationales sint de quibus in 2. parte Rubricæ, ff. de offic. procur. Caf. & Ration. vel discussores, de quibus mentio habetur in l. cum post. 26. cap. de appell. l. aut. 7. equor. appell. non recip. §. 1. tit. 2. de discussores. lib. 10. constituunt enim tertium Tribunal dicti Senatus, & ad eos pertinet cura omnium rationum rei dominicæ *l. 1. & tot. tit. 5. junct. l. 5. §. 3. & 4. tit. 2. d. lib. 9.* Cujac ad tit. de discussores. lib. 10. & Amaia ibid. Notat hæc omnia Latrea allegat 2. n. 15. cum seqq. licet jura patriæ non expendat, sed tantum Tribunalia illius Senatus, historialiter, ut ita dicamus, enarrat. Si ad Vicarios, vulgò *Tenientes*; quos hi habebant, eis equiparabantur, nomine, & potestate *l. 2. tit. 1. tit. 5. d. lib. 9.* Sed jam sublatis sunt; & auctus numerus Computatorum tam Patrimonii, quam rationum. *l. 2. §. 1. & 32. d. tit. 2.* Si ad titulares. Computatores, vulgò *contadores de resueltas*; o ritulares; per Regem eliguntur cum stipendio, & exercitio dispungendarum rationum alitque prærogativis *dl. 5. §. 1. d. tit. 2.* & tandem si ad Computatores interjectos, vulgò *entretendidos*, qui antiquitus per Præsidem eligebantur, hodie jam per Regem*

electi sunt cum stipendio, & exercitio curandi de ratiociniis, & exequendi iustiones Præsidis, & Senatus *dl. 5. §. 2. & 4. d. tit. 2.* Qui Apparitoribus equiparari videntur, ut nihil probat Text. in l. 1. c. de discussores seu Apparitoribus. exposita ratiociniis publice contineri, quo Text. Imperatores Arcadii & Honorius promissu de ambobus locuti fuerunt. Et sic hi sunt discussores Regis proprie cum honorifica potestate, de quibus in d. rub. de discussores. qui antiquitus inter Romanos ita dignitate fulgebant, ut inter proceres Aulæ connumerarentur, probat pluribus Amaia in ead. Rub. n. 4. Ex quibus evidenter resultat non esse Tabularios de quibus Imperatores in d. l. 2. eod. de jur. fiscal. 3. c. de Tabular. & l. universos. c. de Decurionib. l. 1. 10. quia hæc jura loquuntur de Computatoribus privatis, qui tanquam periti in Arithmetica, & similibus negotiis per partes litigantes ratiociniis adhiberi solent, ut expressè docet Amaia in d. l. universos cum seqq. n. 33. de Decurion. lib. 10. & consequenter aperte resultat quantum ii differant à discussores Regis quorum officium reus usurpabat, in scripturis apud cum apprehensis ex jam dictis, & ex ipsa divisione Rubricarum de Discussores, & de Tabulariis & ex traditis per Amaiam in locis superius memoratis. Quare nihil commune habet quod cautum reperitur quoad Tabularios, cum dispositis quoad Discussores cum discreta jura sint; sicut neque id quod in jure dictum est quoad Tabelliones, & Scribas, cum dispositis quoad Notarios Regis, quos nuncupamus Secretarios, ut disertè idem Amaia notat in dicit. l. universos. n. 37. & sic concludendum est discussores Regis in dignitate constitutos esse, ut cum Amaia & Latrea aliis laudatis probat Solorça. de jur. indiar. lib. 5. c. unic. num. 13. de quibus aliqua prælibavi tom. 1. de reg. cap. 2. §. 4. n. 36. & seqq. & in consequentiam simile officium usurpans clarè comprehenditur in dispositione d. l. 3. ff. ad leg. Jul. Majest. cum ad minus Apparitoribus equiparentur discussores interjecti, & sic quæ de usurpantibus hoc officium dicta remanent *controv. 4.* usurpantibus illud congruere est dicendum. Cum autem hic reus officium Computatoris sive Discussores Regii usurpasset plura alia delicta admittendo, sub cujus prætextu, & auctoritate ea commisit, diu peti

perseverando nempe per tres annos, nulla limitatione juratur, & condemnandus veniebat in pœnam ultimi supplicii, & confiscationis.

- Neque hæc cessabunt si dicas nihil exercuisse ad munus discussores specialiter spectans. Quia, ex dict. l. 4. titulo 1. recopilat. lib. 9. certum est spectare ad officium discussores administrationem rei dominicæ, ut dixi; quæ potestas diffunditur in omnes discussores cujuscunque Hierarchie sint, juxta iustiones Præsidis & Senatus dict. l. 2. eodem titulo dict. l. 5. §. 2. tit. 2. & aliis juribus: ex quo procedit quod cum iste Reus delicta patrasset, sub eo titulo, pecunias ab Arcariis fisci percipiendo; ad emendum equos, & arma quibus exercitus Principis instruerentur; quæ concernunt administrationem rei dominicæ, & executionem iustorum, per supremos administratos quibus hæc committi solent, clarissimè resultat pro potestate se gessisse: ex quibus reus læsæ majestatis factus fuit, & in eo officio delicta patrasset; nam, in officio dicitur delinquere qui favore, colore, auctoritate, vel contemplatione officii crimina committit, pluribus Farin. quest. 19. numer. 44. & quest. 24. num. 59. Alphonf. Narbona in d. l. 20. tit. 1. lib. 4. recap. gloss. 20. num. 56.

Sed dato quod nihil specialiter ad hoc officium attinens exercuisset, ex solo abusu tituli dignitatis ad se non pertinentis, sub cujus prætextu torantosque decepit, & ex mutatione nominis incidisse in pœnam falsi, sepius dicendum est *l. falsi nominis 13. l. eos. §. fin. ff. ad legem Corneliam, de fals. Notat eleganter Anton. Matth. dicto titulo. 2. capite 2. num. 17.* ad quod perpendicularia sunt verba illa dict. l. eos 21. §. fin. ibi: *pro admitti qualitate gravissimo puniendus est*: quæ cum effectu comprehendunt pœnam capitalem, ut dixi num. 16. docent Anton. Matth. dicto capite 2. numero 17. Farinac. dict. quest. 150. num. 82. & 143. Cabell. cas. 176. num. 12. Bajard. ad Clar. dict. §. falsum, num. 194. apud quos plura. De jure nostro. l. 2. titulo 7. part. 7. & ibi Gregor. Lopez gloss. 3. & 5. & in l. 8. tit. 28. part. 2. gloss. 2. Anton. Gomez in l. 83. Tauri, num. 11. Neque audienda quæ per Reum dicebantur, nempe nomen non mutasse, sed variasse: nam, contractum comprobabatur ex actis: & si non comprobate-

tur variatio ipsa mutatio est, cum minime persona dignoscatur, & condemnandus erat, quia nomina & cognomina inventa fuerint ad distinguendos, & cognoscendos homines, *l. si quis servum, §. si inter duos, ff. de legat. 1. leg. ad cognoscendos. Cod. de ingen. manumiss.* Neque dictum Senecæ hæc impugnat, cum fateatur nomen mutatum fuisse, quod sufficit ad falsitatem de qua agimus, & Dominus Valenzuela dict. const. 90. numer. 355. & const. 110. numero 7. loquitur casu quo de persona non dubitatur, vel quando ex similitudine nominis ingenuitas probari conatur, quod est valde diversum: nam nos loquimur quando ex mutatione nominis tertius decipitur, quod sufficit, sicut probant Farin. Bajard. Gomez & Matth.

Deinde ex eo quod pecuniam fisci intercepisset lege Julia peculatus, & illius pœna tenebatur, *l. 1. l. sacrilegi 9. §. Labeo ait, & ibi comm. Doctores, ff. eo tit. leg. unie. Cod. de crimina. peculati. l. 18. tit. 14. par. 7.* quæ tam de jure Codicis quam de jure Hispano capitalis est in iudicibus, sive cæteris administris, ut his juribus cavetur. Bene ad rem Anton. Matth. omnino videndus d. lib. 48. ff. tit. 10. c. 1. & 2. Cujac. in parat. ad tit. C. de crim. peccul. Pichard. in §. item lex Julia pecculati. inf. de pub. jud. Farinac. q. 121. n. 48. Caball. cas. 99. n. 24. cum seqq. Neque obstat si opponas pecunias interceptas nihil nocenti intulisse fisco, cum periculo Arcariorum, quos deceperat, interceptæ viderentur. Nam ut Consultus Paulus docuit in d. l. sacrilegi 9. §. Labeo ait: *Hoc crimen est pecunia publicæ, aut sacra furtum, non ab eo factum cuius periculo sit, & in dicit. l. 18.* Noster Alphonfus dixit fortasse *los maravedis del Rey*; o de algun concejo. Sicque ut hoc crimen patretur debet esse aliquis cujus pecunia sit, nempe Arcarius, Receptor, administrator, vel aliquis cui depositum commissum sit; periculum alterius supponitur in ipsa diffinitione criminis: & sic licet ad sit, cum quoquomodo ad Regem pertineat nostro jure capitalis pœna debetur: At negari non potest, pecunias interceptas ad Regem pertinuisse: ergo clarè sequitur quod sumus in terminis nostræ legis.

Quod amplius comprobabatur ex eo, 45 quod licet Arcarii effectivè decepti essent,

essent, tamen licet non pertinebat ad eos: quia licet Administratores, Arcarii, & ceteri similes suo periculo administrationes suscipiunt; quando dominus ipse deciperetur ex delegatione, vel chirographo, virtute cuius Arcarius solvit, ipse liberatur, & periculum est domini pecuniæ, ut in simili probat Amat. d. resol. 20. n. 12. in hoc enim casu ita sagaciter falsitates fabricatae erant, ut judicialiter Senatus Patrimonii ad quem attinet expeditio delegationum deceptus pariter fuit, ut dixi n. 19. ergo periculum erat ipsius Senatus & fisci, non verò Arcariorum.

Sed magis urgent verba illa d. l. 18. 46 *paris. ibi: o el Jvdgador que furtasse los mayavedis del Rey, o de algund concejo m'entra estuviere en el officio*, quod est idem ac diffinitum per dict. l. unic. Cod. de crim. pecul. nempe quod ad hoc ut pœna capitis sequatur requiritur quod intercepti pecuniam publicam Judex sit vel in aliquo officio constitutus, & quod committatur durante officio: cum autem Reus hic neque iudicis, neque alterius officii ministerium habuisset, nequam comprehendendi posse videbatur sub his dispositionibus, ex pluribus traditis per Valenz. conf. 145. n. 17.

47 At nihilominus comprehensum esse firmiter teneo, & pœna capitali plectendum. Quia ipse Reus ut consequeretur interceptionem pecuniæ fisci se gessit pro officiali Senatus Patrimonii, nempe pro discussore interjecto, apud nos *Conrador entretenido*, & ex hac falsitate superaddita principali crimini reportare commodum levioris pœnæ esset absurdum, c. cum qui 18. de prebend. in 6. ibi: *Non enim decet ut stultus melioris quam pertus conditionis existat, vel quod invasor eo qui justè ingreditur, privilegio gaudeat potiori, l. si à Domino 36. §. si vradò, ff. de petit. hered. ibi: sed non est dubium quin non debeat melioris esse conditionis, quam bona fidei possessor l. ii. tit. 9. part. 7. l. 2. tit. 14. lib. 3. ordin. & ibi Didac. Perez. gl. 1. pluribus Barbof. in loc. com. Argum. jur. loc. 2. cum enim auctoritas officii putativi esset causa effectiva interceptionis quod voluntariè, & dolosè admisit, verè in officio delictum commisit cum favore, & auctoritate officii maleficium perficeret, Farin. dict. quest. 19. num. 44. & quaest. 24. num. 59. Narbona dict. gloss. 20. n. 56. Arcarii à quibus pecunias interceptabat putabant ad manus hujus discuss-*

foris se perverturos quando rationes pecuniæ administratae dispungenda essent cum ad officium horum discussorum interjectorum, & reliquarum, hæc pertineant, dict. l. 2. §. 4. tit. 2. lib. 9. recop. & credibile erat plurimum fumi ab ipso venditum sub eo pretextu ut facilius eos deciperet: & sic potestatem Discussoris officii perhorrescentes, non omnimoda diligentia adhibita in scrutandis scripturis, libenter parebant, quod nihil aliud est quam delinquere favore, & auctoritate officii eodem modo quo ac si officium realiter obtineret. Et quemadmodum in falso tutore, vel administratore definitum est quod teneatur ad ea omnia ad quæ verus tutor tenetur *l. novissime 7. ff. quod falsus tutor. 39. §. curatores, ff. de admin. tut. l. mater 4. in fin. C. de testam. tutel. Cujac. in parat. ad tit. ff. quod falsus tutor. & C. de eo qui pro tutor. & lib. 23. observat. c. 19. & 20. Montan. de tutel. cap. 39. num. 103. 120. & 143. Roland. conf. 49. num. 17. lib. 1. Galganet. de tutel. lib. 3. quest. 25. num. 2. Ciriac. contr. v. 280. num. 21. sic similiter qui falsè alio quovis officio fungitur, quia tutoris officium publicum est, prin. inst. de excusat. tutor. cum vulg.*

Neque his obstat l. fin. C. de inter. matrim. quo videtur probati pœnam impostam vero tutori non extendi ad tutorem fictum, ut aliis relatis notant Gratian. discept. tom. 1. cap. 86. n. 53. & tom. 2. cap. 282. num. 22. Jacob. Cancr. var. 1. c. 7. num. 59. Nam dispositio hujus Textus specialis est in matre de facto administrante, ut ii Doctores dicunt, & inducitur favore matrimonii, & filiorum ibi: *Ne ex hujusmodi subtili, vel maligno tractatu, matrimonia, seu proles ex his progentia, vel dos super his data aliquam lationem, vel calumniam patiantur.* Nec omnino mater de facto administrans si nubar, à pœna liberatur, cum priverit successione filiorum, ut probant Bald. in l. cum oportet, §. sed cum tacitas, n. 4. C. de bona qua lib. Decius conf. 490. Socin. Jun. conf. 9. n. 2. lib. 1. Surdus conf. 175. num. 34. cum seqq. lib. 2. Gratian. d. cap. 282. num. 22. & si bene perpendatur opinio horum Doctorum validè impugnatur per Castren. conf. 154. col. 2. lib. 2. Brun. in tract. de forma limit. 15. tit. de potent. form. qui tenent quod mater gerens se pro tutrice filii, si secundo nubat, teneatur ad easdem pœnas, ac si vera tutrix esset, quos refert Gratian. d. cap. 86. num. 55. At in cæteris in

in quibus non militat ratio affectionis, procedit dispositio, l. hujus actionis 9. §. hæc in factum, ff. quod fals. tutor. Donell. lib. 16. com. cap. 8. & lib. 21. cap. 1. Nec te moveat regula quod dispositio odiosa non debet extendi, l. cum quidam, ff. de lib. & post. neque pœna ad alios casus extendenda l. factum cuique, §. in pœnalibus, ff. de regul. jur. cum aliis congestis per Barbof. axiom. 166. num. 1. & axiom. 181. num. 9. Nam quando dolus superabundat, & militat non solum eadem, sed potior ratio, non dicitur extensio, sed comprehensio, ut pluribus probavi. l. de regim. cap. 1. §. 2. num. 29. Cujus rei exemplum in terminis, sit cautum per l. 20. §. 6. tit. 1. lib. 4. recopil. quo Textu familiares sanctæ Inquisitionis delinquentes in officio privilegio forti privantur. Quæ quidem dispositio, quantumvis pœnalis non solum comprehendit veros officiales, sed etiam officia gerentes falsè, ut doctè probat Narbona in eo Text. gl. 20. num. 4. & elatius gloss. 7. num. 33. vers. is autem familiaris, quo materiam usurpantium officia pertractat. Neque species de qua loquitur Valenzuel. dict. conf. 145. nostræ adaptatur, quia in eo casu, qui retinuit rem universitatis antequam officium gereret, postea illud obrinuit, & accusabatur de restitutione non facta post consecutionem officii, quod est valde diversum ab interceptante auctoritate officii res fiscales. Et si ubi hæc non placeant in terminis de interceptante pecunias fisci condemnato ad pœnam capitalem adest expressa Regentis Salerniti. decis. 27. 101. Joann. Bapt. de Thoro in addit. ad eam, & in compend. decis. tom. 3. verbo falsificans provisiones. Quibus addi potest quod ex pluralitate, vel magnitudine capite puniri debebat juxta tradita per Farinac. d. quest. 121. num. 48. Ant. Gomez d. c. 6. numero 6. & Caball. dict. cas. 99. numero 47.

51 Et tandem quia iste Reus tenebatur pœna effractionis, & legis Julię de vi publica; ex eo quod cum in carcere Curie detineretur, ob causam falsitatis instrumentorum census villæ de Arciniega; cum aliis reis vincula effregit, in custodes carceris conspiravit tumultuosè, & eis oppressis cum instrumentis sulfureis vulgo *Carabinas*, aufugit die 2. Junii anno 1684. quod pœna capitali plecti debet l. 1. ff. de effractor. & expil. l. si quis 38. §. miles 11. ff. de pœn. D. D. Laur. Matthæi, de Re Crim. Pars I.

limites 13. §. ejus fugam 5. ff. de re militar. bene Don Ludovic. Peguer. decis. 1. num. 5. pluribus Farinac. quest. 30. numero 2. & num. 202. cum sequentibus, & melius Anton. Matth. dict. lib. 47. ff. c. ultim. cap. 4. ex num. 1. quæ procedunt ex sola effractione; ex violentia publica solum ex eo quod vis inferatur cum telo, pœna gravis debetur l. armatas 9. l. penul. ff. ad leg. Jul. de vi pub. §. item lex Julia de vi inst. de pub. Jud. & ibi Pichard. Ant. Matth. dict. lib. 48. tit. 4. c. 1. & 2. & licet pœna arbitraria sit hodie juxta jura superius allegata, ut probat Anton. Matth. dict. num. 2. & Pichard. ubi prox. quibus consonat l. 8. tit. 10. parte 7. junctis l. 13. & 14. tit. 29. eod. part. tit. & ibi Gregor. Lopez quem sequitur Azevedo in l. 7. tit. 26. lib. 8. recopil. Tam men quando vis inferitur per turbam, & tumultum cum telo pœna exacerbatur usque ad mortem l. hi qui ades 11. ff. ad leg. Jul. de vi pub. & ibi comm. Doctores, & in hoc casu iste Reus simul cum aliis per tumultum cum instrumentis sulfureis vim intulit custodibus, & carceris pessimus effractor factus fuit. Ex quibus sententia dici 11. Februarii 1667. ad pœnam mortis & confiscationis condemnatus fuit, quæ executioni fuit perducta die 14. sed non sine jurgio, ut statim dicitur.

CONTROVERSIA VI.

De jurisdictione Auditorum Senatus Regni Patrimonii in criminalibus ad punitionem exigentium pecunias fisci virtute delegationum falsarum.

SUMMARIUM.

1. Inquisitio incipi debet à comprobatione corporis criminis.
2. Competentia formata per Senatum Patrimonii super cognitione delictorum patrorum per Thomam de Leturia.
3. Cognitio rerum patrimonialium pertinet privative ad Senatum Patrimonii.
4. Patrimonii Senatus concessam obtinet jurisdictionem in criminalibus.
5. Patrimonii Senatus cognoscere potest de criminibus suorum officialium.
6. Procurator Casaris à principio nullam obtinuit jurisdictionem.